

A

1935

11.

316.ig.jegyzék

"Matica Slovenska, Turč. Martin:"

"Régi nyomtatványok:"

5.cim: Baník /1/,/2/,

Bamb. 11)
VIRTUS,
VERA PHILOSOPHIÆ
FELICITAS, 1675

ILLUSTRISSIMIS,
Reverendis, Nobilibus, ac Eruditis
Dominis Dominis AA. LL. &
Philosophia

NEO-BACCALAV-
triphos At **REIS** *Gentilitia no-*
a novercant *n materiam, e*
emitus cor *In* *plendimenta*

Alma Archi-Episcopali Universitate
Tyrnaviensi ritu consueto
promotis.

Ab
Illustissima, Nobili Humanitate
Dicata

Anno M. DC LXXII. Mense
Majo

TYRNAVIÆ

Tyrnaviensi Academiae



Obtulerunt

Comites

NICOLAUS JOSEPH
PALFFI
FRANCISCVS AN-
TONIVS PALFFI

Ab Erdöd

Perpetui in Vereskö.

Ad

NEO BACCALAVREOS.



*N*ter festivos vestri honoris
applausus, & primas Sapientie bac-
cas, vobis NEO-BACCALAVREI fi-
guratam in hortis Hesperidum, in Gra-
tiis effigiatam, in Virtute felicitatem Musa
presentamus. Felicitas quae volubili novercan-
tis fortune rota subjecta est, non felicitas, sed
infelicitas est. Instabilis est fortune rota, quia vo-
lubilis: lubrica quia subito casu funeribus variat
triumphos. At hanc non praebebit Gentilitia no-
stra novercanti fortune ludorum materiam, ad
fremitus sortis non vertetur, ad blandimenta non
volvetur, quia media: In medio virtus; quae
nescit fortunae ludibria, sed stat erecta, ut inter
fulgura Cedrus: stat constans, ut inter fulmina
Laurus; & stetit nuper grassante in viscera bello-
rum turbine inrepeida, cum alii ad trepidatio-
nem concuterentur: stetit contenta suam felicitate
Virtus, cum alij suam deplorarent infelicitatem;
stetit immota cum alij titubarent; stetit valida,
cum alij gravioere lapsu turpiter caderent. Hic
Rota, quia media, virtute scilicet Mars propi-
tius vehitur in praelia, Pallas in triumphos, Sa-
pientia in laureas pede inoffenso ascendit.

A 2

3

Ascen.

*Ascendit non procul ab hinc annis, quando se
 Martem in bello, Catonem in consiliis, in manu
 Herculem, in Cervo Hannibalem, non modico
 Patrie solatio exhibuit, qui celeritate consilij vel
 in Isthmicis cum Hercule, vel in Olympicis cum
 Agamemnone de palma decertasset. Sensere hunc
 curvata Lunæ Othomanicæ cornua, & ut scilicet
 clavum clavo redunderet, Gentilitiâ in Cervo
 cornua non sine oraculo alludere huc videntur. Est
 igitur in Rota effedum, quo rapitur ad trium-
 phos; In Cervo celeritas, quâ sine remora per-
 rumpat ad gloriam, evolet ad coronas. (Victo-
 riam, Lauream Neo-Baccalaureis!) Non
 alienam hic, nec jactabundo, sed sincero affectu
 vestram, ad emulationem charismatum meliorum
 in Symbolo retulimus Virtutem; de qua in Cu-
 riis justitiam, in Consilijs maturitatem, genuinos
 Sapientia fructus, & in Regno commune in bo-
 num derivatam, posterorum memoria non sine so-
 latio colligeret in pace felicitatem. Atq; hæc illa
 felicitas, quam in has velut angustias redactam
 vestro hodie Illustrissimo, & honori amplissimo in-
 ter plausus, & applausus ad manum porrigimus.*

Vestro Honori addictissimi

Pæseos Auditores.



Sapientis animus nunquam est
 in vitio, nunquam turgescit, nunquam tu-
 met, nunquam Sapiens irascitur.

3. Tuscul.

ODE.



Nunquam Thymoso Trinacris ferum
 rivo
 Fundit venenum, nunquam Avernae
 Propinat Hybla Thesalæ
 Pocula, nec ficulus
 Marfos Hymettus imbre depluit succos.
 Nunquam cicutas Attici edunt
 Clivi, nec ullos frigida
 Parturit Ida rogos.
 Ut ficula gignit Æthna; non fluit Cretis
 Pindus Lycææ gloria oræ
 Vadis, ut alta Colchicis
 Diffluit Oeta Scyphis.
 Nescit serenum semper impios Cauri
 Nimbos Maleæ culmen, atra
 Dispellit Euri nubila,
 Et pluvios Hyadum
 Servos ad imos bellico Jovis mittit
 Arcu recessus: nescit iræ
 Nimbos amicus Palladis;
 Nempe fugit maculas

Cor.

Cordis, cruentas pe&orum neces ; nunquam
 Verus Minervæ sponſus allo
 Thoros iugales polluit
 Crimine , nec tenerum
Vitiat cubile cordis ; impios namq̃
 Nescit furores Pluri , iniqua
 Stygis venena , cūi ſyri
 Attica mella jugi
Pallas miniſtrat. Nesciunt Afiani
 Alpina Tempe ſtabra Cauri,
 Quibus ſecunda blandidi
 Aura favet Zephyri
Patris favorum. candidos legit flores
 Sacrata docto Cyrrha Phoebo.
 Spinas refellit , floridi
 Aōnidum Tyrios
Spirant odores hortuli , gravem nunquam
 Paſſi mephitim. Flora princeps
 Florum Grynzi florida
 Incolit arva jugi
Opum ſuperbi , in Thracijs agit vitam
 Pimplâ exul , oris ſævientūm
 Pater notorum : ſcilicet
 In ſapiente locum
Virtus, non vitium tenet.



Habet hoc omnis voluptas , ubi
 grata mella fundit, fugit, & minūſ tenaci fe-
 rit j&ta corda morſu. *Boetius L. 3. met. 7.*

ODE

Alta è Tznarijs voce Acheloiades
 Fallunt Thuſca choris marmora, ponticos
 Mulcent carmine cives,
 Certatim querulo in nova
Neptuni Proceres gaudia cantico,
 Et totam in modulos Threijcio trahunt
 Aalam murmure. Blandæ
 Argutis ſiculae modis
Thebum rapiunt Tiphyn, & incitis
 Tutus pellit ubi vela per æquora
 Tonſis navita. totum
 Implent aëra muſicis.
Dircæisq̃; ſonis : ſed quibus heu fera
 Quantum ſunt comites toxica ! Gnoſſia
 Mater Theſſala. Colcho
 Circes ebria ſanguine.
Blandum nempe ſonant carmen ut inſimum
 Ad fundum pelagi præcipites agant,
 Non ut naufraga diri
 Inter marmora Cœruli
Aſras veliferis Æolidum minas
 Proris effugiant; Pamphagus occinit.
 Non ut tenſa Maleæ
 Diro carbafa gutture
Concenta eripiat, ſed rapiat; canit
 Non ut Theſſalicas inter onus lever
 Scyllas, ſed premat alti
 In fundum Clarias freti

Puppēs, & pavidos per fera littora
 Errantis reduces navis, Olympicā
 Atrox sorbeat undā,
 Imoq; inijciat freto.
 Sic est horridi perfida bellua
 Inferni scelerum Mater, & impia
 Orbis Parca voluptas,
 Blanditur, salit, Attica
 Fundit mella, Syras pandit opes, satum
 Vult Pam pineis florida collibus
 Nectar, sedula cudit
 Ludos; sed quibus est comes
 Lucus! nempe salit, ludit ut impia
 Illudat, niveæ fundit Hyblæ thymo
 Mella, ut Colcha propinet
 Hydræ pocula; cum jocos
 Miscet, vulneribus vulnera, funera
 Miscet funeribus, cum relegit rosas,
 Sentes colligit, infert
 Vepres, floribus inserit
 Spinas. Ite sales, ite procul joci
 Colchi dulce Patristoxicon, impia
 Diri germina Maris,
 Alati ite Dij, Deæ
 Agnati Paphiæ, pignora Clusij
 Incesti ite sales, ite cupidinis
 Tedæ, chara dolorum
 Porta, & janua funerum.

For-



Fortis & compositus animus est,
 qui nec ablatum quidquam sibi sensit; nec
 abjectum, sed in eodem habitu est, quocun-
 que res cadunt, sive geruntur. *Seneca ad Lucill. in Epist.*

ODE

Efferus Argolicis Nemeia monstra lacertis
 Claviger elidat, sævo Erymanthiam
 Ferro, per alta grassantem Tegæi
 Pestem mamora perdat; unus
 Cogat ad insanas Erebi stympthalidas umbras
 Cœlifer, Alcides tergemini nece
 Monstri superbus, Lydas vastet Arces,
 Et Pœnas populetur oras.
 In cineres Argivus agat validissima Regni
 Mœnia, disperdat Graia Tyrannico
 Trojanus ictu valla, Dindymæis
 Bacchetur Latias in Vrbes
 Ausibus, invictos bello victurus Achivos.
 Sint sua Pellæo robora, quæis syros
 Debellet orbis, Cretas sternat armis
 Terras, (ut rapido Napæos
 Æolidum fera turba virum jam turbine campos,
 Jam Geticâ celsos Ausonidum lares
 Prosternit irâ, jam vires retundit)
 Hector Marmaricas refrænet
 Gentes, in Pharios moveat scythica arma satelles,
 Impia crudelem sub juga Bistonem

Mittat

Mittat, Gelonas frangat Marte vires,
Et toti dominetur orbi.
Ibit sub fatale jugum sub ferrea mortis
Funera, confringet Parca potentiam
Armorum, & invicta inter arma Martis
Ferratas Libitina rumpet
Parmas, per medium resonantia falce secabit
Scura, venenatos Hyrtacidæ, dabit
Arcus ruinæ; Martiale Achilli
Hæc Sceptum rapiet, superbos
Exuet elato gemmis diademate Reges,
Regia deponet balthea fortibus.
Sic nempe fastuosi fortia orbis
Fatali tumulabit arnâ.
Solut sub pedibus victor funesta jacere
Fata videt, qui (seu auspiciis meet
Fatis, per undæ sævos Cyma gyros,
Seu non, seu placidis recurat (mnes,
Thuscus Lembus aquis per Colchos Phasidos a-
Seu tumidis; spiret per freta mollior
Etesiarum gratia, aut cruentus
Arctois Aquilo procellis
Fulminet, adversis pluvius pluât imbribus æther,
Seu placidis, utum pandat iter levis
Fortuna rebus, seu irata claudat,
Æthæos iaculetur ignes
Sirius, aut tepidus meliore favonius aurâ,
Aut rigidus sævis temperet imbribus
Vultur nus) inter tristes semper æquâ
Perstat mente, animòq; casus,

Non

Non paupertas dolorem parit,
sed cupiditas, neque divitiæ metuliberant,
sed ratio. *Epictet.*

ODE

Nunquam Padanum fluctivagos mare
Ponit furores, nunquam Arethufijs
Bacchare pontus cæstat iris,
Nec Lybicus agitare scyllis
Per Thusca Lydi littora Nerei
Ventosa Parni suppara, sed novo
Semper cruenta turbine urget
Prælia, bella mover. cavata
Pulsat procellis Acroceravnia,
Sævius Grynæo per Rhodopeios
Livore campos, nempe semper
Orbivagus variatur Evris
Pontus; nec unquam Cæcula stat suis
Tethys stativis, seu ferus infremat
Errante Caurus nimbo ab Arcto,
Sive leves levibus feratur
Pennis per auras Hippotades, levi
Arctous alâ transeat Æolus
Æthram, Pelasgæ prora Cymæ
Continuis agitatur undis,
Seu Pergulanis Æolidæ notis
Ludant per Æthram, sive favonijs
Errent per undas, concitatis

Vnda

Mittat, Gelonas frangat Marte vires,
 Et toti dominetur orbi.
 Ibit sub fatale jugum sub ferrea mortis
 Funera, confringet Parca potentiam
 Armorum, & invicta inter arma Martis
 Ferratas Libitina rumpet
 Parmas, per medium resonantia falce secabit
 Scura, venenatos Hyrtacidæ, dabit
 Arcus ruinæ; Martiale Achilli
 Hæc Sceptum rapiet, superbos
 Exuet elato gemmis diademate Reges,
 Regia deponet balthea fortibus.
 Sic nempe fastuosi fortia orbis
 Fatali tumulabit arnâ.
 Solus sub pedibus victor funesta jacere
 Fata videt, qui (seu auspiciis meet
 Fatis, per undæ sævos Cymba gyros,
 Seu non, seu placidis recurrat (mnes,
 Thuscus Lembus aquis per Colchos Phasidos a-
 Seu tumidis; spiret per freta mollior
 Etesiarum gratia, aut cruentus
 Arctois Aquilo procellis
 Fulminet, adversis pluvius pluat imbribus æther,
 Seu placidis, tutum pandat iter levis
 Fortuna rebus, seu irata claudat,
 Æthnos iaculetur ignes
 Sirius, aut tepidus meliore favonius aurâ,
 Aut rigidus sævis temperet imbribus
 Vulturnus) inter tristes semper æquâ
 Perstat mente, animòq; casus,

Non

Non paupertas dolorem parit,
 sed cupiditas, neque divitiæ metu liberant,
 sed ratio. *Epietet.*

ODE

Nunquam Padanum fluctivagos mare
 Ponit furores, nunquam Arethufijs
 Bacchare pontus cessat iris,
 Nec Lybicus agitare scyllis
 Per Thusca Lydi littora Nerei
 Ventosa Parni suppara, sed novo
 Semper cruenta turbine urget
 Prælia, bella movet. cavata
 Pulsat procellis Acroceravnia,
 Sævit Grynæo per Rhodopeios
 Livore campos, nempe semper
 Orbivagis variatur Evris
 Pontus; nec unquam Cœrula stat suis
 Tethys stativis, seu ferus infremat
 Errante Caurus nimbo ab Arcto,
 Sive leves levibus feratur
 Pennis per auras Hippotades, levi
 Arctous alâ transeat Æolus
 Æthram, Pelasgæ prora Cymbæ
 Continuis agitatur undis,
 Seu Pergulanis Æolidæ notis
 Ludant per Æthram, sive favonijs
 Errent per undas, concitatis

Vnda

Unda fluit, refluitq; gyris.
 Seu factioso, seu tacito syrus
 Riphæa Corus per freta remiget
 Lembo; cruenta factiosæ
 Funera funeribus Napææ
 miscent, canoris horrida Pistriger
 Per universum bella canit salum
 Conchis, rebellat Nympha Glauco,
 In patrias animata cædes.
 Sic nempe, nunquam dives opum; cui
 Dives sabæis aurea pensibus
 Panchæa servit, cûi sicanus
 Ceu Phrygius famulatur orbis:
 Suos sereno sole dies agit
 Vitæ, sed Afri semper adulterâ
 Vexatur auri luce, carpunt
 Barbaricis Erithræa curis
 Tempe medullas, in varias fero
 Partes Sabæi gaza Midæ trahit
 Æstu, cruentat pectus igne,
 Et scythico populatur ausu.
 Ne fortè Lydas dirus ad insulas
 Pirata in Umbro claudat iter freto,
 Ne vel cruento scylla fundo
 Aurivoræ tumulet Maleæ.
 Motæ ad Dianam dives arundinis
 Formidat umbram, tum gelidus meat
 Totos per artus sanguis ægrum
 Sithonio glaciatur rigore
 Pectus, revincit Caucaiseis manus

Nodis, cruentat viscera, lancinat
 Fibras, ut omnes pene curis
 Exanimés tumultentur artus.



Nihil amittit, qui nihil habet, &
 parum eget, qui parum cupit. *Laert. Diogenes*
de vit. & Moribus Philosophor.

ODE

Quoscunq; dira per avios Furia rapit
 Nummi cupido tramites, quosquos syri
 Libido census stimulat; indormitus opum
 Divexat ardor, dira discruciat fames
 Auri, cruenta laniat argenti sitis,
 Et quibus adulter imperat luxûs amor
 Lues Averni; pauperes non sunt; forent
 Sive tunicati, sive Pistillo pares,
 Seu nudiores, aut inopiores Codro,
 Sive magis Hecale pauperes, aut nudo opum
 Egeniores Iro, ad incitas velut
 Redacti, ut indormire Pausones, quibus
 Possint fovere corpus, induere caput,
 Vestire pectus, integere brachia, suum
 Minimè ubi ponant gentium calcem pedis
 habeant, nec obulum sacculis ut restim emant.
 Si splendor animum fatuus, mentemq; adhuc
 Captivat auri, si aureas Tagi sitit
 Cor, pectus undas, pauperes non sunt; hic est
 Vnus

Vnus, qui avaros pectoris tollit rogos,
Qui imperat iniquis cordis affectibus, agit
Placidæ tumultus mentis in præceps, feræ
Diras cupiditatis extinguit faces.
Sive radiantes aurei venas Thybris
Per Lydum ad Indos concitâ ducat fretum
Celoce, Mandro, sive cui gazâ potens
Tributa pendat Graius, aut Pelopis super
Opes, talenta Tantalî, aut trucidis super
Hydaspis undas, sive luxus, quos habet
Orbis, opulentus sarcinas Timolus ferat.
Est nempe pauper ille qui parum cupit.



Volubiles sunt prosperitates hu-
manæ, & diurna pene divitiarum duratio.

Philostr. Lib. 8. Apoll.

ODE.

Eheu potentum gloria Cæsarum,
Heu vana mundi somnia! subdolæ
Orbis figuræ! heu umbra rerum,
Et volucris popularis auræ
Fumus! serenis pulchra jugalibus
Per astra fertur Cynthia, fulgido
Subiecta sudi curru Olympi
Per niveos spatiat orbes
Lucina; fufis per medias agit
Stellas habenis aurea Cyllarum

Phœ-

Phœbe, pererrat luce terras.

Jam subitâ (heu!) tumlatur umbrâ.

Sic nempe totus nunc Arabum suos

Lunato adorat poplite Cæsares

Orbis, Syrorum Sceptra Regum

Auloniæ venerantur ora.

Romanus infert se bijugis sacra

Cunctator albis in Capitoliâ,

Mox orbis exul de theatro

Deposito trahitur cothurno.

Captiva victor ducit Agastrophus

Maurusorum fulmina, regio

Indurus ostro Gordianus

In Tyrias dominatur urbes;

Jam victus inter vincula ducitur;

Avertit atrox utpote candidos

Fortuna vultus, & cruentis

Persequitur truculenta fatis.

Horatianis in medio Hæctora

Campo Gradivus nudat adores,

Cajus paternis exul aris

Sarmaticâ tumulatur undâ.

Octavianis Colcha Agamemnonem

Noverca Circe Thesalico necat

Telo, citatus cædit Æthon

Fulmineo Phaeonta raptu.

Jam Sylla, Codrus, quem vaga lubrico


Sors orbe vertit, circumagit, rotat.

Jam æs cogit angustos in Iri,

Qui modo Cræsus erat locellos.

Sic

Sic nempe Regum Sceptra lignibus
Æquat, lacernis pallia Cæsarum,
Et forte lugubri superbos
Funeribus variat triumphos
Fortuna. Mundi totus in irritas
Vanescit auras luxus, & invido
Nixus curuli semper errat
Ambiguo velut aura passu.
Ah quisquis es cūi prospera candidos
Fortuna vultus explicat, utpote
Vices novercales in j&u,
Et dubios vereare casus.




Pulchritudinem vel tempus con-
sumit, vel morbus languefacit.
Isocrates ad Demonicum.

ODE.

Sic est, auricomus tempora Nireus
Vestit, synciput ostro
Depingit Tyrio, ducit eburneo
Tortos dente capillos,
Et justo positis inserit aurea
Canis ordine fila,
Auratisq; comas implicat annulis,
Lydis occiput ornat
Gemmis, Cæsariem per sua buxæo
Spargit pectine membra;

Et sic aureoli per vaga cum Noris
Ludunt colla capilli,
Ast hem! Cæsaries, forma, color ruunt,
Stat Manducus ocellis.
Ad tempus radiat scilicet è genis
Pallas, ridet Apollo,
In vultu residet Delia, pectora
Formosus tenet Atys.
Vestit purpureis ora Venus rosis,
Chloris pallida pingit
Labra, & candidulis florida floribus
Pindi vernat Aglaia.
Hâc omnis niveâ à fronte decor fugit,
Vanas fertur in auras.
Vt tetrum in tenuem surripit aëra
Fumum Caurus; ita omnis
Mundi scenivagi forma leves abicit
In nimbos, abeuntq;
Formosa in volucres munera turbines,
Atrasuè orbis in umbras.
Cedit Sithonias pulchra super nives
Cincinnati DEa. aniles
In rugas; rubeo nullus Adonidi
Candor regnat in ore.
Sed totus rigidum desinit ut rosa
In pallorem, it in auras
Vt flos, qui niveis cum Lycio in genis
Certat, quando Sabæo
Crinitus pelago se levat A&ius
Indis ortus ab oris;

Sed cūm Pyrrhus abit, tum Phlegetonticis
Ater mergitur undis.
Terræ nempe globi gloria vanitas,
Quæ transit velut umbra.



Periander interrogatus, quid es.

set libertas? Recta conscientia dixit.

Stobæus Serm. 24.

ODE.

Nullus est liber, nisi dira cordis
Bella componat, nisi factiosos
Mentis insultus, rabidosq; sternat
Pectoris ausus.
Sive per totum dominetur orbem
Pallas, armatus fileat Gradivus,
Nullus armorum strepitus Tegæas
Increpet auras.
Seu Ceres Thuscis inimica Martis
Imperet terris, pvocul exul uda
Ultimæ Mavors colat arva thulis
Orcadas ultra.
Seu palatinis oleæ ferantur
Vrbibus, seu miles eat togatus;
Si furit pectus, minimè beatis
Vivitur auris.
Si furor verò rabidusq; cesset
Impetus, diri soboles Averni,

Sem-

18

Semper hoc mundi pelago secundis
Ibitur undis.

Vt citis lætus placidas per undas
Explicat tonsis sua vela Parnus,
Credic ut pinus hilaris sereno

Navita ponto.

Vt vagus merces Phrygias ab Indis
Nave Mercator vehit, utq; Lydos
Lætus Hermæi per Achæa patris

Marmora census.

Quando scit nullis habitare Cynnum
Insulis, quando placidi per amplos
Nerei campos vagus evagatur

Orbe Procrustes.

Sic cui nullus penetrare cordis
Impetit Scyron, cui nullus atro
Vngue cor vultur lacerat, nec ullum

Pectora pondus.

Ille tranquillus sua sacra vitæ
Transfigit, felicibus unus, atrâ
Horridum mundi pelagus procellâ

Transvolat Euris.

Non magis sacro Clarij tricolle
Inter Ascraas foret ille Musas,
Quo novenarum canit alma versus


Turba sororum.

Pax ubi cordis sua Sceptra figit,
Musicis itur per amœna metris,
Et sacro versu super Ergatinos

Ludicr hymnos.

Peau

Sed cū Pyrrhus abit, tum Phlegetonticis
Ater mergitur undis.
Terræ nempe globi gloria vanitas,
Quæ transit velut umbra.



Periander interrogatus, quid es?
set libertas? Recta conscientia dixit.

Stobæus Serm. 24.

ODE.

Nullus est liber, nisi dira cordis
Bella componat, nisi factiosos
Mentis insultus, rabidosq; sternat
Pectoris ausus.
Sive per totum dominetur orbem
Pallas, armatus fileat Gradivus,
Nullus armorum strepitus Tegæas
Increpet auras.
Seu Ceres Thuscis inimica Martis
Imperet terris, pvocul exul uda
Ultimæ Mavors colat arva thulis
Orcadas ultra.
Seu palatinis oleæ ferantur
Vrbibus, seu miles eat togatus;
Si furit pectus, minimè beatis
Vivitur auris.
Si furor verò rabidusq; cesset
Impetus, diri soboles Averni,

Sem-

18

Semper hoc mundi pelago secundis
Ibitur undis.

Vt citis lætus placidas per undas
Explicat tonsis sua vela Parnus,
Credat ut pinus hilaris sereno
Navita ponto.

Vt vagus merces Phrygias ab Indis
Nave Mercator vehit, utq; Lydos
Lætus Hermæi per Achæa patris
Marmora census.

Quando scit nullis habitare Cynnum
Insulis, quando placidi per amplios
Nerei campos vagus evagatur
Orbe Procrustes.

Sic cui nullus penetrare cordis
Impetit Scyron, cui nullus atro
Vngue cor vultur lacerat, nec ullum
Pectora pondus.


Ille tranquillus sua sacra vitæ
Tranfigit, felicibus unus, atrâ
Horridum mundi pelagus procellâ
Transvolat Euris.

Non magis sacro Clarij tricolle
Inter Aescræas foret ille Musas,
Quo novenarum canit alma versus
Turba sororum.

Pax ubi cordis sua Sceptra figit,
Musicis itur per amœna metris,
Et sacro versu super Ergatinos
Ludicur hymnos.

Peaut

Pectus hac praesente beata vivit
Saecula, hac absente flet, ingemiscit;
Ut suo Pindus sine salsa fundit
Flumina Phœbo.



Quis sanæ mentis est? qui se non
optet ejus civem esse Reipublicæ, in qua
Virtus non ignoretur. *Isocrates*
ad Nicod.

ODE.

ERrat vacillans per Phaëtonicos
Prosymna campos, per vaga Colchici
Pelasgis errabunda Ponti
Fluctivago rapitur viarum
Errore, Thuscis per syra vitrei
Fluenta Nili deviat anchoris,
Diros Padano cum Nepote
In scopulos sine rege lembi
Ruit, Superbo vitrea cum Icaro
Bibit Pheræi flumina Tanari,
Ut Thusca Parthæ prora Cymbæ
Æquoreas sine rege potat
Aguas. Ita Vrbes, è quibus ad feros
Proscripta Virtus Colchi abiit freti
Sinus, scelestæ proprio inter
Arma, necesq; natant cruore.
Ut naufragantùm quando gemit suis
Orbata ab Oto Cymba rudentibus,

20 Et

Et Pegaseis scapha remis,
Flebilis æquoreo popellus
Natat profundo, Deliacæ ruunt
Vrbes, profundos Punica Thraciæ
Casus minantur valla, tristes
Cœligeno viduata jure
Clamant ruinas mœnia Persiæ;
Ut nempe in orbem deciduo sacer
Atlante Olympus sterneretur,
Sternitur Ausonidùm sacratus
Patrum senatus; Martia mutuis
Arx Pœna bellis concidit, omnia
Latè Tyrannus igne livor
Barbarico populatur ausu.
Hæc inter, altùm Pamphagus invocet
Deos, tacebit Clusius, extimis
Delphus latebit augur antris,
Cimmeriâ superum sedebit
Regnator umbrâ Jupiter, exule
Virtute Cœlo. Sic superum sacer
Ordo DEorum; altùm vel ipse
Mœret, ubi sine jure, pace.
Et lege rectâ vivitur: utpote
Est sola virtus unica Cœlicæ
Felicitatis porta. Virtus
Ipso etiam æthere chara gignit
Beatitatis sæcula, quâ exule
Mutaret almus Cœlivagùm Chorus
Pœna latum in duplicatos
Heliadùm gemitus sororum.

21 Vir —



Virtus ad beatè vivendum sufficit,

perfecta illa, divina, quidni sufficit? imo

supereffluit. *Seneca de Vita beata. c. 15.*

ODE

Non currat Inda per fera
 Mercator alno littora,
 Opima, nullis indiga
 Rebus, vel Indis, aut Syris
 Virtus, beata copia
 Cornu propinat læcula.
 Ut Bosphoranus vitreas
 Opulentus undas Nereus,
 Nec transpadano Cœtulæ
 Vado Amphitrites indigus,
 Nec nudus Afris Naiadum
 Mendicus opibus, omnibus
 Supereffluente fontibus
 Vitreas ministrat alveo
 Undas: Ita sacra Perficas
 Virtus super opes, aut Iagi
 Felicitatem, diffluit
 Felicitatis indigâ
 Nullis DEorum pensibus,
 Perennitate. Fulgido
 Sedet Imperatrix effedo,
 Famulante stellarum ordine,

Contentionis menstruas
 Concedit Astris lampadas,
 Quibus nigrantis Regulum
 Noctis Booten enecat,
 Et Noctilucam proprio
 Tumulat ut urnâ lumine,
 Est una virtus, unica
 Est, cui alieno non opus
 Est jubare, Palladiæ dies
 Perfecta terræ illabitur,
 Nec Præco serus umbrifer
 Inclamat horas Hesperus,
 Nec claudo opertus nubilis
 Vesper it Olympo, cum vehit
 Virtus per æthram curribus
 Fixas diei lampadas.
 Est nempe Virtus unica
 Felicitatis prodroma,
 Et plenitudo, quæ vagas
 Nescit volantis orbitas
 Sortis, sed uno (quàm diu
 Pluvij Trionum vertices
 Aquis natabunt) depluet
 Semper tenore Cœlica
 Felicitatis flumina.

FINIS.